Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Sullo t. Ascendens ihs Secm Matthm. in navicula transfretavit et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns ihs fide illorum ait paralytico: Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset ihs cogitationes eorum dixit eis: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua an dicere surge et ambula? Ut sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. tunc ait paralytico: Surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt et glorificaverunt dm qui dedit potestatem talem hominibus.

Vrs Videte Dom xx. Ad ephesios. Quomodo caute ambuletis non qui insipientes sed ut sapientes redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Propter hoc nolite fieri imprudentes sed